



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mechlinia Illustrata Luce Miraculorum S. Francisci Xaverii  
Orbis Utriusque Solis Ac Thaumaturgi Chronicis Distichis  
evulgata Anno M.D.C.LXVI.**

**Grumsel, Gérard**

**Mechliniae, 1666**

§. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11918**

plura indies beneficia effundat. In cujus rei seu attestationis fidem litteras hæc manu Nostrâ subscripsimus, sigilloque Nostro jussimus communiri; Dat. Paderbornæ XXII. Novembris. M. DC. LXVII.

FERDINANDUS

Locus ✠ Sigilli.

S. 7.

**P**Lurima adhuc alia beneficia à variis accepta referuntur Sancto F. XAVERIO, cultuique miraculosarum ejus Reliquiarum *Mechlinia*, de quibus, quia legitimâ auctoritate nondum sunt approbata, in hisce Chronicis non fit mentio. In non pauca etiamnum inquiritur in variis Episcopatibus.

**MIRABILIS DEVS IN sanctIS VI.** *pf. 67.*

Facultas R. P. Provincialis Societatis JESU  
Provinciae Flandro - Belgicæ,

**E**Go infra-scriptus Societatis JESU Præpositus Provincialis in Provincia Flandro-Belgica, potestate ad hoc mihi facta ab admodum R. P. Nostro JOANNE PAULO OLIVA Præposito Generali ejusdem Societatis, concedo Gisberto Lintio Typographo jurato Mechlinensi Facultatem typis mandandi librum, cui Titulus Mechlinia Illustrata Miraculis S. FRANCISCI XAVERII, à R. P. GERARDO GRUMSEL Societatis nostræ Sacerdote conscriptum & à deputatis ejusdem Societatis Theologis examinatum & approbatum. In quorum fidem has manu mea subscriptas & officii mei Sigillo munitas dedi. Antverpiæ 19. Aprilis 1666.

ÆGIDIUS VANDER BEKE.

C E N S U R A.

**M**iracula Sancti Patris FRANCISCI XAVERII, quibus *Mechliniam* Illustravit; Miraculo similis GERARDI GRUMSELII Vena tibi fistuntur, Lector. Arcta Poësis est, quia syllabis alligata; arctior, quia literis; arctissima, quod eidem semper anno congruentibus. In hisce tamen angustiis tam libero, tersoque uti stylo Miraculum dicerem, nisi XAVERII id adscriberem beneficio, qui prodigiis suis hoc adderet prodigii, quod ea prodigiosè evulganda curaret, Concitabit igitur auctor, verè in hac Palaestra mirabilis, admirationem; admiratio amorem juxta & utilitatem. Ita censeo.

L. NEESEN Canon, Theol. Mechliniensis,  
Librorum Censor.